



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundißimi Doctoris de Auxilio gratiæ
medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum &
Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

71. Discrimen, quòd aliquid gratuiti involveret Maßiliensium electio ad Regnum: Recentiorum nihil omnino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

vel in habitu fidei, aut charitatis, quo praestitus à reprobato, eligendus ad regnum etorum ab excludendo differat; sed prius differentiam fieri per liberum flexum (non sine gratia) humane voluntatis: Et in illo esse meritum, propter quod ad regnum prædestinatur, aut eligatur. Vnde impossibile est, ut ista prædestinatione aut electio sit specialiter gratuita; sed mera, & propriæ dictæ meritis humanorum est meritorum. Quod qui plenus intelligere desiderat, legat ea quæ de merito & præmio primi hominis & Angelorum disputavimus. Hoc vero ita Massiliensibus perspicuum fuit, ut quamvis & fidem cum gratia Adami à se proferri, & opera per veram Christi gratiam à Deo sibi conferri farentur, quia tamen suum, non gratia esse sentiebant, quod actus liberte persisterent, & in eadem fide sua libertate persisterent, non gratia ut actu cederent & persisterent, sibi largiente; non quam tamen ausi sunt fidem, vel perseverantiam in fide domini Dei, vel electionem ad regnum prorsus gratuitam profiteri. Quis enim nisi insipiens, qui neleat quid loquatur aut de quibus affirmet, non statim advertat, non illius esse victoriam, qui militi equum, & arma, vel ipsam potentiam voluntatis dedit, quibus ignavi vel non utuntur vel abutuntur; sed illius qui strenue pugnam armis suis adjutus capessivit, & hostem stravit? Illius ergo meritum est, illius præmium: quod ei nihil est aliud, quam merces meriti, non speciale gratiae donum.

NOTA LXXI.

Discrimen, quod aliquid gratuitum involveret Massiliensium electionem ad Regnum: recentiorum nihil omnino.

In uno tamen aliquid est discriminis, quod Massilienses aliquid fateri in prædestinatione completa cogerentur, quatenus operum bonorum merita, et si non fidem, per veram Christi gratiam sibi donari sentiebant. Quod Christi adjutorium cum recentiores prorsus abiciant, nihil gratuitum in prædestinatione agnoscant, necesse est.

NOTA LXXII.

Numerus Electorum non est cu definitus ex voluntate, & predefinitione Dei.

Prop. in Epist. ad Aug.

Vide lib. 8. de heresi Pelag. cap. 22.

Less. in pref. lib. de pred. & reprob.

Ex isto igitur capite proficiscitur, quod Massilienses omnino fateri nollent definitum esse ex voluntate Dei certum ac prædestinationem electorum numerum, qui nec augeri posset nec minui. Quod eos de numero illo non ex Dei præscientia, sed ex ejus voluntate & constitutione humanam prævenientem volumat, definito intelligere, per piecum ex eorum principijs & verbis demonstravimus.

Toto corde & ore hoc ipsum recentiores isti clamant. Audi Lessum ceteris animosiorum: Si numerus salvandorum, qui nec augeri nec minui potest, nullo operum vel laborum nostrorum habito respectu, immutabiliter est definitus, &c, perspicuum esse putant, tolli

A omni sollicitudinem recte vivendi. Et quare tandem? Respondeat: Quia si illo numero es comprehensus, nulla incuria faciet, ut excidas: si non es comprehensus, nulla sollicitudo invabit ut intres. Et alibi: Si non sum de numero sic electorum, frustra præcepta servo &c. Omnibus enim iste non possum intrare in ipsum numerum, extra quem nemus salvatur. Et aliquot sectionibus interpossis: Nullum ex parte sua certum numerum definitivum, nemus enim exclusit. Et mox iterum: Facest ista imaginatio &c. Nonne Massiliensium audire tibi videris voces, quibus virtutes tolli dicebant, si Dei constitutio humani preveniat voluntates? Quibus superficiali laborem jactabant, si neque electus à tali numero, ullus industria posset intrare, neque electus nullus negligientia posset excidere? Quibus molestissime se ferre testabantur, quod, quo modo se egent, non posse aliud erga eos, quam deus definit, accidere? Quibus partes constituti noblebant, quibus nec adiuvandum sit aliquid, nec destrahendum, ut de alijs ad alios nullus possit accedere. Nam ipsi prædestinationem & electionem secundum præscientiam recipiendo, etiam consequenter certitudinem Dei ex præscientia non solum absolutam, sed etiam conditionatam integrerimè facebantur; prout ex præcedentibus liquere potest, & nos alibi latius explicuimus.

Prop. & Hilar. in Epistola ad August.

Vide lib. 8. de heresi Pelag. cap. 22.

NOTA LXXIII.

Prædestinationariorum errorem utique impingunt adversarij suis.

Denique cum durissima Massiliensibus Augustini & Prosperi sententia videretur, Prædestinationariorum hæresin eis impudenter imbergerunt: quod ex objectionibus Gallorum, sed maxime Vincentianis perspicue pater. Nam hæresin istam plerisque moderni Sec. probris commemorata non aliud esse nisi calumnias Massiliensium, quibus Augustinus, & Prosper, & Augustinianæ doctrine lectorates appetiti sunt, fusè & clarè, quantum arbitror, à nobis demonstratum est, cum de Semi-Pelagiana hæresi tractaremus.

Ibid. c. 112.

Nec in hoc recentiores à Massiliensibus dissimiles esse voluerunt. Totis enim quibus possunt viribus, erroris istius invidiam doctrinæ aitius patronis afflicant. Nam quid est aliud illa doctrina, quæ prædestinationis prædicatione tollit ab homine liberum arbitrium, sato humanam vitam premit, barathrum desperationis aperit, sollicitudinem aufert vite bone, exhortationes, correptiones, præcepta, consilia, merita, præmia ē medio tollit; denique quæ Deo cum Calvinò asserbit peccata reproborum, quā error, & hæresis Prædestinationaria? Nam hæresi & hujusmodi Prædestinationis tribuuntur, & Augustino à Massiliensibus impacta sunt: quorum vestigia usque ad ipsas calumnias, quas ipsi veritatem esse sincerè putant, sibi terenda judicarunt. Hinc est illud planissimum Gregorij de Valentia, quo Prædestinationariorum errorem ex ista sententia prædestinationis consequi suprà dicentem audivimus.

Vide supra. nota 12.

CAP V T